

Consideretur ex hoc ipso dicto Parvolorum Commendatio I. A Dei laude vel confessione, & quidem α. quis hanc laudem instituerit? β. per quid, vel per quale organon? (ex ore &c. Sect. III. th. I. §. 2. & Sect. II. §. 1. 2.) γ. qualem laudem? (non objectivam,, sed subjectivam, Sect. III. th. I.) quomodo? (וְסִדְתָּה Sect. II. §. 3.) II. A Satanæ confusione Sect. II. §. 4.) Potest etiam tractari Dominica Palmarum, servatis iisdem partibus. Atq; inde concludi, Jesus Nazarenus esse promissum Mundi Messiam (th. 2.)

DICTUM CX.

* Psalm. VIII. vers. 6.

לֹא חֲסַרְתָּךְ מַעַט מֵאֶלְחִים :

SECTIO PRIMA.

Collatio Versionum.

LXX. οὐδὲν πέποιθας ἀπὸν βεργάνη παρέσχεται.

CHALD. לֹא חֲסַרְתָּךְ יְתִיָּה קָלִירָל טְבָלָאָכְיָה :

i. e. Minuisti eum minimo ab Angelis.

VULG. Minuisti eum paulò minus ab Angelis.

PAGN. Deficere fecisti (Ar. facies) eum paululum ab Angelis (Ar. à Deo)

LUTH. Du wirst ihn lassen eine kleine Zeit von Gott verlassen sijn.

SECTIO SECUNDA.

Annotationes Philologicae.

§. I. **M**inuisti eum] חֲסַר defuit, eguit, defecit. In Piel tantùm semel adhuc occurrit, nempe Cohel. IV, 8. quare carere facio vel subtraho animam meam à bono, h. e. à licita gaudii fruitione. Ex eo loco & nostri hujus intelligentia petenda est, nempe & hic carentia & subtractio à bono, quod possidebat Christus, & quo frui poterat, ratione usq; seu fruitionis in statu exinanitionis extremæ indicatur.^{a)}

§. II. Paulò minus] מַעַט parumper. Quidam & hanc vocem de vilitate conditionis exponunt, re modica, nempe forma servili & humana, mortali & patibili, b) sed Ebr. II, 9. clare de tempore modico explicatur.

§. III. Ab

a) Ges. b) Genebrard.